



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

7 Extraugantes quando dicantur decretis contentis in corpore iuris sub  
titulis de haereticis, obiuare. Solus Episcopus, vel solus Inquisitor multa  
olim facere poterat contra haereticos, quae nunc ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

# De auctoritate extrauag. disputatio.

147

hęc ibi, atque hoc ipsum vbique obseruat no  
sti, præfertim illi, qui contra hęreticos tracta  
tus scripsere. Eymericus 3 part. quæst 84. &  
quæst 131. Zanchinus tract de hęret in pro  
mio, num. 1. & c. 6. num. 7. Repertorium In  
quisitorum, verbo, extrauagantes. Petrus Go  
dofredus in l. Artian, ver. cunctis quoque. C.  
de hęret, notant Geminianus, & alij in dicto  
cap. vlt. in fine, de hęret. lib. 6.

<sup>4</sup>  
Leyes facu  
lales in hęreti  
cos editæ etiam  
inuolabiliter  
obseruanda.

Sed neq; solæ Pontificia leges hęreticam  
prauitatem coercētes, licet extra iuris titulos  
ferātur, obseruari dēnt, immo amplius cavit  
Innocentius iiiii. rescripto quodā magistrati  
bus secularib missio, incipiente: Orthodoxæ  
fidei, (quod etiam hic curauius imprimen  
dum) vt & leges item seculares, &c alia quali  
bus statuta cōtra hęreticos cōdita inuolabili  
ter obseruentur, his verbis: Considerātes at  
tentate, quod iuridictio eorum, [sicilic] Inqui  
torū, quō fuerit plenior in hac parte, eo ma  
gis eſe poterit fructuosa, volumus & nostris  
sibi damus litteris in mādatis, vt vos monere  
procurēt, & inducere diligēter, vt statuta ip  
sorū, & alia ecclastica, & secularia, & con  
stitutiones ēt quōdam Frederici Romanorum  
Imperatoris, tūc in devotione Ecclesiæ per  
stetis, edita cōtra hęreticos fautores, recep  
tores, & defensores eorū, quæ conscripta, &  
bulla nostra munera transmittimus, conscribi  
in statutariis vestris, eaq; obseruetis, & facia  
tis irrefragabiliter obseruari. hactenus ibi.

Atq; ex hoc rescripti fragmēto præter ca  
teros apud Emerycum in Directorio 3. par  
te super quæst. 86. versi. sed maior difficultas  
ostendi Inquisidores hęreticas prauitatis in  
suis diçesibus posse aduersus hęreticos no  
ua cōdere statuta, penas in eos augentia, quæ  
fauore fidei valida, & suis viribus consisten  
tia & haberi debeant, & penitus obseruari.

<sup>5</sup>  
Leyes qualis  
hęc in hęreti  
cos latas obser  
vandas esse ne  
cessari. Im  
peratores san  
cti.

Neque hoc est recens inventum, vt putat  
legum, antiquitatis, & historiae ignati; nā &  
ab initio ferme nascēti Ecclesiæ supra mille  
& centum annos, nempe anno Domini 430.  
Christiani principes hoc ipsum lancierunt.

Theodosius enim & Valentinus Imperatores  
Augusti, (vt scrip̄ extat in Codice Theodo  
siano. li. 16. tit. 4. l. 54. quam centum sere post  
annos Iustinianus in suū codicem transtulit,  
ac roborauit. C. de hęre l. Artiani.) nō mō le  
ges à se conditas aduersus hęreticos vim le  
gum inuolabilium habere voluerūt, sed qua  
seunq; etiam alias ab alijs principib. editas,  
fiemas & validas manere iusserūt his verbis: E  
Cunctis quoq; legibus, quæ cōtra eos, [sicilic]  
hęreticos] cateroſi, qui nostræ fidei refragā  
tur, olim diuersi, tēporibus latæ sunt, sēpē  
viridi obseruātia valituris, &c. & paucis in  
terpositis, illis etiā oībus in sua manentibus  
firmitate, quæ de militia, paniq; varijs, deq;  
diuersis suni hęreticis promulgata; vt nec spe  
ciale quidem beneficium aduersus leges va  
leat imperratum. hęc ibi.

A Ex his apertissime docemur genera iter le

<sup>6</sup>  
Leges defue  
tudine, aut lon  
go tempore in  
teruallio non  
abolentur.

gem quantumcunque diu facta non aboleri  
desuetudine, vt grauiter docuit Iason in l. de  
quibus notabili 6. ff. de legibus, & senatus, &  
Mattheus Affilius in repetitione sanctionis  
de iure protomileos, § 6. notab. 1. nu. 2. & An  
gelus Aretinus in §. igitur. in preōmio Insti  
tutio, nu. 2. quod tametsi generaliter in omni  
bus legibus obtineat, illis obseruatis distin  
ctionibus, quas rerulit præcitat loco Affili  
eus: in his vero, quæ contra hęreticam pra  
uitatem late sunt, maxime obseruantur. nulla  
enim præscriptio, nullum temporis quamvis  
longissimi spatium, aut tollere radicatus, aut  
immutare potest; nisi nominatum & expresse  
aliz̄ ferantur leges, quæ illas reuocent, aut  
immutent: leges enim huiusmodi semper vi  
uent, cap. contra 25. quæstio, 1. semper item  
loquuntur, vt notant Barr, Butrig. & Salye.  
in l. Artiani. C. de hęretic. & idem Salye. in  
Authent, cassa quæstio, 3. de sacros. eccles. &  
Ioan. Imo, in l. 3. §. si rem. ff. pro empatore. &  
olim maximus Plato de legibus loquens dia  
logo 9. dixit, legem ipsam, quæ aliquid inter  
dicit, id pro vniuersa ciuitate semper interdi  
cere, & interdicturam esse.

C Dixi autem, desuetudine non tolli leges,  
quoniam etiam si per mille annos allegata  
non sint in iudicij, præfertim cum ab initio  
fuerint receptæ nō propter ea abibunt in de  
suetudinem, vt grauiter & verè dissertat Iaco  
bus de Belusio, in Authen. de hęredibus, &  
Falcidio, post principium, & Cynus in l. rem  
non nouam. C. de indicij.

An autem & quando per contrariam cos  
suetudinem leges tollantur, non est præsen  
tis instituti nunc docere.

Quod vero sit Bonifacius octauus in di  
cto cap. vlt. de hęretic. & Clemens v. in di  
cta clementi. l. 5. vlti. de hęretic. tunc scilicet  
extrauagantes esse admittendas, quando de  
cretis contentis in titulis de hęreticis non  
obuiant, eo pertinet, vt intelligamus. veter  
es omnes leges in hęreticos latas confir  
mati, dummodo manifesto, & expresse eis  
decretis non contradicant: quoniam si con  
tradixerint, solum in ea parte in qua contra  
dicunt, emendata sunt; in ceteris vero. usi  
dae semper remanent. Res fiet vno exem  
pto illastris: nam in similibus idem erit iu  
diciū. Iure veteri solus Episcopus, item  
solus Inquisitor per se potest hęrefoeos reos  
duro carceri mancipare, torquere, & sen  
tentiam condemnatoriam in eos pronuntia  
re, vt optimè scripsit Eymericus, 3. part.  
quæst. 48. vbi dixi copiole, hodie tamen id  
obuiat dispositioni Clementine prime §. pro  
pter quod, uer. duro tamen, de hęret. & ideo  
in ea parte tantum lex antiqua est sublata  
omnino, in ceteris utidem obtinet obser  
uantiam.

Iam illud amplius colligitur, ad hoc ut ex  
K 2 traua-

<sup>7</sup>  
Extrauagantes  
quando dicantur  
decreta tū  
lorum de hę  
reticis obuiat,

trauagantes, & qualibet alia leges contra hæreticos edita per clausulam p̄dictam tollantur, oportere ut expresse constitutionibus positis in titulis de hæreticis obuient, id est, ut manifeste, & expresse eis contradicant, atque è diametro cum eis pugnant: id enim significat verbum, obuandi, in præcitatissimis positum, ut docent humaniorum litterarum professores, quos in te aperta consueto omitto.

Ergo si per constitutiones extrauagantes aut quasvis alias leges ecclesiasticas aliquid eaueatur, quod à iure communi non sit prouisum, aut non plene decisum, dummodo expresse cum eo non pugnet, sive id penas in hæreticos & eorum complices augeat, sive modum inquitendi, interrogandi, euocandi, compellendi, torquendi, publicandi, aut quid simile præscribat, id protecto obseruandum erit, quod a pectissime probant præcitatorem rescriptum verba.

Statuta inquisitionis  
sunt.

De generalium autem Inquisitionum statutis, seu institutionibus, quæ multa interdū cauerent solent, aut omissa penitus à iure communi, aut parum explicata, hoc sentio: quod si vel faciliorem præscribant modum procedendi in causis fidei, vel penas in hæreticos augeant rationabiles, inspecta locorum, & personarum qualitate, vel denique quacunque alia ratione ea iubant, quæ in augmentum fidei sine cuiusquam prejudio tēdunt, proculdubio obseruanda sunt; evidens enim ratio hoc suaderet, quoniam leges iam latet sive in hac causa, sive in alijs, non possunt plene omnes casus sive articulos occurrētes decidere. In neque leges. ff. de legibus, & senatuscon. sit ergo, ut id quod ad commodiorem causarū tractationē statuitur, vbi & iustum est, & iuri scripto non repugnat, debeat obseruari.

8.

Concilia pro-  
vincialis au-  
toritate dele-  
gatorum sedis  
Apostolica in  
hæreticos edi-  
ta vim legis ha-  
bent.

Præterea quæ de extrauagatis diximus, obtinere etiam putamus in concilijs prouincialibus auctoritate Apostolica, seu auctoritate delegatorum sedis Apostolica cōtra hæreticos editis; qualia sunt Tholosanum, Biterrense, Narbonense, & si quæ sunt similia, quæ a nobis nup in bibliotheca Vaticana in perpetuo codice (quem nobis Illustrissimus Cardinalis Guilielmus Sirletus vir omni eruditio genere clarus, & Christiana pietate insignis, hamanter exhiberi ob publicā utilitatem iussit) reperta proxime cū nostris cōmentarijs in lucē dabuntur, huiusmodi. n. cōcilium, auctoritate delegatorū sedis Apostolica condita vim legis habent in hoc crimine, & penitus obseruanda sunt. Ita nō obscure colligitur ex p̄dictis, sed nō iāt id cavit Urbanus iiiij. in rescripto incipiēte: Pr̄ cunctis. §. & obseruari. relato ab Eymetrico part. 2. ubi ita scriptum est: Et obseruari omnia statuta, tā per sedem Apostolicam, quam in concilijs legatorum eiusdem sedis prouidē edita, quæ negotiorum Catholicæ fidei tangere dignoscuntur, sicut

A promotioni negotijs, & augmentationi fidei fuerit opportunum. hæc ibi.

Nec te moueat in quibusdam codicibus hanc periodū paulo aliter cōtineri ita: quam in concilijs eiusdem sedis, quæ verba solis sum morum Pontificum statutis, non delegatorū eius, robur tribuere uidentur: quoniam in multis exemplaribus etiā peruetustis, lectio nem, quā paulo ante reuuli, frequentius inueniri scio. & eam lectionem prudenter etiā agnouit Eymericus 3. part. q. 72. cum eam rescripti partem ad hoc institutum, de quo nunc agimus, citaret.

B De instructionibus vero, seu priuatis aliquarū Inquisitionū cōstitutionib⁹, ueluti de instructionibus Inquisitionū Hispaniæ a multis uidi lāpe dubitari, quantam vim habeat, quod est hic a nobis obiter etiā declarādum.

C Ac primum hæc est exploratissimum, eas instructiones in eis tantū regnis vim habere, obseruandasq; esse ibidē ab inferioribus Inquisitoribus; extra Hispaniam uero in terris, quæ generalis Inquisitoris Hispaniæ iurisdictione non subduntur, nullam penitus obtinent firmitatem: quoniam iudices inferiores & si potestatem habeant condendi leges, at ubi eas condiderint uniuersales non sunt, neque extra suum territorium earum virtus egreditur. c. 2. de constit. lib. 6. l. vlt. ff. de iurisd. om. iud. tales sunt Episcoporū, & Inquisitorum leges, quas in suis condunt territorijs,

Inquisitoribus vero aliarū Provinciarum, tunc iuxta dispositionem instructionum alterius Inquisitionis procedere securè licebit, quāndo a iure communi non discrepant, aut rationi consentaneæ sunt; & in illis locis opportuna, cōsideratis locorum, personarum, negotiorumq; circumstantijs.

D Suntautē, vt ingenue fatear quod sentio, utiles Hispaniæ instructiones, ratione cōsentaneæ, & eruditæ, nem pe quæ a multis & sapientissimis viris, matura deliberatione uatijs temporibus sint conditæ: docentq; singulariter, quidquid in primis ad praxim atinet, & propteræ Inquisitorē muneti & officio sunt valde accomodata. Ego ita censeo, quicunq; fidei iudices iuxta præscriptū ordinē, & methodum earum instructionum processerint, aut iudicauerint, sive absoluendo, sive condēnando, sive salutares penitentias imponendo, non errabūt, iād quidem recte suo munere, fungentur, sed prudentia & iudicio opus est.

E In his instructionibus, si quid eaueatur quod iuri communi contradicat expresse, ipso iure id inualidum est, ut præcitatæ rescripta ostendunt, in cap. vlti. §. vlt. de hæret. lib. 6. & in clement. I. §. vlti. de hæret. ceterum si generalis Hispaniæ Inquisitor, aut quisvis alius a fede Apostolica obtinuerit, ut intra suam iurisdictionem possit condere instructiones etiam iuri communi contrarias, quæ ad extirpationem prauitatis hæretice petti-

9  
Instructions  
Inquisitionis  
Hispaniæ, &  
aliarum inquisi-  
tionum, quam  
vim habent.